et obligat praesenti. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes eadem eiusdem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate pro maiori, minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta educendum, vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanei Praemysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multiplicatis evastionibus, suspensionibus, fatalijs, Iuris, praescriptione terrestri bello conventioneque vel alijs quibusvis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis eccedendo Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Topolnicki Kulczyckie Cedit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Paulus Topolnicki sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesentiorique Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc atque per secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo inscripto nimirum de summa Triginta florenorum Polonicalium per Nobilem olim Nicolaum Kulczycki Smeotarka olim Nobilis Fedor Kulczycki filium sibi Recognoscenti super bonis ipsius proprijs haereditarijs, videlicet certa sorte sua Tertia na Zadworzyskach od miedzy Zoza, iako wsobie samie iest od Starobrzow in Villa Kulczyce sitis Terra vero et Districtu praesenti Praemysliensi iacentibus et consistentibus coram Actis Terrestribus Praemysliensibus modo obligatorio de anno ad annum inscripta et ad solvendum assecurata. Necnon de eadem ipsa 0449

Summa

P. 248 2404

Inscriptione Castrensi Praemysliensi obligatoria in se de praemissis lati... ri atque bonis superius recensitis in eadem Inscriptione contentis cum parata bonorum eorundem Jurisque praesentis cessi intromissione... nitione evictione, pacificaque in hucusque parte Recognoscentem continuata possessione, lacumque omni praemissorum Jure Dominio proprietate competentiaque et praerogativa quavis omnibusque et singulis Inscriptionis praedictae obligatoriae conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentis, ac nexibus in universum omnibus summaque supra inscriptae ac bonorum summa eadem oneratorum utilitatibus fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis obventionibus, attinentiis et pertinentiis generaliter universis, nihil ex praemissis Juris Dominii proprietatis, ac cujusvis competentiae et praerogativae parte Recognoscente suisque successoribus ullo quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula praesentibus resignata ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime serviebant, Jam ex nunc et de facto Nobili Paulo Kulczycki Smietanka Nobilis olim Nicolai Kulczycki Smietanka filio et ipsius successoribus, accepta eo ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesentis. Omneque et integrum Jus suum totum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Nobilis Pauli Kulczycki Smietanka cessionarii sui eiusque successorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit, prout transfert, transfundit et incorporat praesentis. In quod quidem Jus praesentis cessum, summam ac bona summa eadem onerata, praemissaque omnia praesentis per se Recognoscentem transfusa idem Recognoscens Nobilis Paulus Popielnicki, praefato Nobili Paulo Kulczycki cessionario suo, eiusque posteris iam ex nunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem

et Nobiles duos

et Nobiles dicos sic quacunq voluerit officiose acceptandam. Per ipsum Nobilem Paulum Kulczycki Smietanka Cessionarium suum et ipsius posteros, hoc idem Jus præsens Cessum summam ac bona summa eadem onerata præmissaq omnia per præsens transfusa, cum vniversis eorum vtilitatibus et vsufructibus Competentiisq et prærogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice vtifruendi, ac ad suos suorumq Successorum, quosvis beneplacitos vsusfructus libere et effectualiter convertendi præfati Juris Originalis ea omnia latius in se complectentis præsentisq Cessi et transfusi Vigore. Deberq et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Paulus Topolnicki, prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniarijs habitis et habendis præfato Nobili Paulo Topolnicki Cessionario suo inscribit et obligat præsentibus, ipsumet eiusque Successores in dicto Jure Cesso, summa ac bonis summa eadem oneratis præmissisq omnibus præsentibus transfusis, et ratione eorundem omnium præsentibus a Successorum ab omni et quavis impetitione Juridica quarumcunq personarum Cuiuscunq Conditionis status et sexus Cuiusvis existentium ex re persona et occasione sui Recognoscentis et suorum Successorum Jurisq præsentis Cessi, tantummodo et non vltra exorienda in omni Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere, et eliberare, indemnemq eum posterisq reddere, nec non hoc idem Jus præsens Cessum Summam ac bona summa eadem onerata præmissaq omnia præsentibus transfusa, ab omnibus in genere Juribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem præmissa omnia præsentibus condescenta Cuiuis personarum, modo quocunq iisdem ex re persona et occasione sui Recognoscentis suorumq Successorum tantummodo

modo et non ultra factis et faciendis, tum etiam a quibusvis citatio-
nibus super eadem praemissa omnia per praesentem cessa importatis et
importandis, Lucris denique et Perlucris, Processibusque Iuris quibusvis
in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et
Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentium
transfusis eidem ex re persona et occasione sui Recognoscentis In-
omnique Successorum, tantummodo et non ultra perductis et perducendis
emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam In-
tromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum
praefatorum summa eadem praesentium abcessa oneratorum dum per
Ministerialem et Nobiles dicto officiose requiretur non denegare, imo
debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, da-
taque et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum omnium
praesentium transfusorum, quovis modo tam per se quam per suas quas
vis submissas et subordinatas personas non praepedire, nec adimere,
praenominatumque Cessionarium suum et eius Successores in praemissis omnibus
praesentium condescensis nullo modo inquietari, ita ut is idem Cessiona-
rius suus cum suis posteris, hoc idem Ius praesens cessum, summamque ac
bona summa eadem onerata praemissaque omnia praesentium abcessa cum
universis eorum utilitatibus et usufructibus, competentiaque et praeroga-
tiva quavis, quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Cessionariis,
vigore tenere, habere et possidere queat, illisque uti frui possit, Idque sub
Vadio Summae Triginta florenorum polonicalium, per eundem Recogno-
scentem sive eius posteros praenominato Cessionario suo et illius poste-
ris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam
in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succum-
bendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubi-
to ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda

Citatus

Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Paulus Popolnicki
sive eius Successores, ad Instantiam praefati Nobilis Pauli Kuliczycki
Smietanka Nobilis olim Nicolai Kuliczycki Smietanka filii, Cessionarii sui
vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Pre-
myslliense exnunc receptu superscripto quo ad respondendum spe-
ctat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam per-
emptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium praestitum luere
Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit, et te-
nebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obli-
gat praesen. Illum Terminum primum peremptorium, et alios ex-
inde consequentes eiusdem Causae eiusdem Terminos semper peremp-
torios vera Infirmitate per maiori, minorennitate successorum, Legatio-
ne intra vel extra Regnum servitio Militari ad Munimenta ad Rei-
ctorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non
differendo, Ad Recitationem vero proximos Officii praefati Castren Capi-
taneali Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo,
Nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo
ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasioni-
bus suspensionibus, fatalitates Iuris, praescriptione Terrestri bello,
Conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non sub-
terfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Sicsua praesenti per-
sonali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Szeptycki Perleckiemu Obligat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen Castrensibus Capita- 249
nealibus Premysliensibus Nobilis Adamus Szeptycki olim Nobilis Nico-
lai Szeptycki filius sanus mente et corpore existens, a Terris, Distri-
ctibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis, propriis et competen
recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdi-
ctioni quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo